Sed ut moleſtiam reductionis evites, ecce Tabulæ reductivæ, quam quisque ſuo marte quousque libet continuare poteſt, inchoamentum.

	0		10	20	30	&c. Decadici.
	1	1	23	111	133	
De-	2	2	30	112	200	Te-
	3	3	31	113	201	
	4	10	32	120	202	tra-
	5	11	33	121	203	
ca-	6	12	100	122	210	cty-
	7	13	101	123	211	
di-	8	20	102	130	212	
	9	21	103	131	213	ci.
ci.	10	22	110	132	220	&c.

Prolixam ejusmodi Tabulam complectetur *Tetractys Trigonometrica* Collegæ noſtri Pythagorici, Dn. M. Georg. Arnoldi Burgeri, quæ luci publicæ jam paratur.

Ad millenarium expanſam, ſed ad decies millena millia contractam, ſi tantum Zyphrarum nobis ſuppetet, circa finem exhibebimus.

Regula
DE TRI.

Regula de Tri, ceteræque numerorum tùm integrorum tùm fractorũ, ſimplicium, & figuralium, ſuâ ſponte ſequuntur. Nec enim in ipſis alia ſpecies occurrit, quàm quæ in præcedentibus fuit juxta Tetractyn ſuis regulis inſtructa.

TE-